Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Circa sextum, Non mœchaberis: ad quod refertur noum, Non concupisces vxorem proximi tui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

quis ſibi mortem accelerat, per crapulã, aut alia illicita, aut percutit ſeipſum ex ira, aut facit contra conſcientiam, quod putat vel de quo dubitat quod ſit peccatum, aut ſe peccandi periculis exponit.

Circa omiſſiones.

Cùm non adiuuant aliquem in periculis animæ aut corporis ſi poſſunt; cùm non defendunt famam proximi injuſtè diffamati; cùm nolunt reconciliari his, quos offenderunt, veniam petendo, vel poſcentibus veniam condonare, & remittere offenſionem ex animo recuſent: imò ſubtrahunt communia beneficia: cùm delinquentes non admonent & corripiunt vt oportet, præſertim ſi eis ex officio incumbit.

Alios in periculis non adiuuare. Veniam petere, vel petentibus condonare, Delinquentes non corripere.

Circa ſextum, Non mœchaberis; ad quod refertur nonum, Non concupiſces vxorem proximi tui.

Circa cogitationes.

De cogitationibus venereorum, & deſiderijs moroſis præcipuè, ſi cum deliberatione, in omnibus modis libidinis mox attingendis.

In cogitationibus.

Circa verba.

De progreſſu eorum ad verba inhoneſtè dicta, vel audita, ad hunc finem, vel quouis modo. Hic de literis, aut nuncijs, &c.

Circa opera.

Inhoneſta. *Coniugati de his quomodo interrogandi.* *In peccatis carnis perſonarum circunſtantiæ obſeruandæ.* *Contra naturã.*

Demùm de opere, vt de aſpectibus inhoneſtis, nutibus, munuſculis, ornatu ad malum finem placendi ordinato; de actibus ipſis inhoneſtis, vt oſculis, tactibus impudicis, de quibus agens cum conjugatis illud duntaxat inquire, an his tactibus periculo pollutionis ſe exposuerint, cæteros admonebis, mortale in eis peccatum admitti. Demum inquire de peccato carnis conſummato, cum ſolutis, vel conjugatis, vel conſanguineis, & affinibus, vel conſecratis ordine, aut voto, aut poſtquam ipſe ordine aut voto caſtitatis ſe deuinxit, vel contra naturæ ordinem per mollitiem in ſeipſo, vel per nefanda peccata cum alijs.

Circa omiſſiones.

Debitũ coniugale. *Occaſio.*

Omiſſione verò peccatur, non reddendo debitum coniugi, ſe non armanda contra tentationes carnis, nec occaſiones remouendo eius peccati.

Circa